

testibus subnotatis licteratis *etc.* ego quidem mulier legaliter inquisita *etc.* consensu dicti viri mei. Tibi dompno Iohanni dicto Tranesio presbitero et Cappellano Ecclesie Sancti Iacobi in Barolo nostro concivi voluntarie per fustem tradidimus Casile unum nostrum sistens in Civitate Baroli in pictagio Burgi Sancti Iacobi a medio pariete iuxta domum heredum qd. Iacobi de quinta luna. a medio pariete iuxta aliud Casile nostrum et a duabus partibus iuxta vias puplicas. et te predictum dompnum Iohannem in ipsius Casilis vacuum et corporalem possessionem induximus *etc.* Guadium quoque tibi dedimus posito inde defensore Nicolao de Romata, ut dictum Casile nos et nostri heredes defendamus ab omnibus hominibus, salvo censu solidorum duorum de denariis pernulis. Ex qua venditione recepimus uncias auri quatuor ponderis generalis totum pretium vendicionis. *etc.* Contra que si fecerimus pene nomine componamus vobis Uncias auri duas et totidem regie curie *etc.* Iuravimus ad Sancta dei Evangelia *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina *etc.* et signo meo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Cantore q. s. Iudex. (*Segno*).

† Ego dompnus Paulus presbiter Ecclesie Sancti Iacobi testis sum.

† Ego dompnus Angelus Salma t. s.

*Notitia testium:*

notarius Iacobus dopnus Paulus de Sancto Iacobo.  
dompnus Angelus.